



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Quæst. 1. Quid est Confirmatio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



TRACTATUS TERTIUS.  
DE  
SACRAMENTO  
CONFIRMATIONIS.

CAPUT PRIMUM.

*De Definitione, institutione, & necessitate Confirmationis.*

*Quaest. 1.* QUID est Confirmatio?  
*Resp.* Est Sacramentum à Christo Domino institutum, quo baptizati recipiunt specialem gratiam ad propugnandam fidem per impositionem manuum Episcopi, & unctionem sancti Chrismatis. Hæc definitio sufficienter explicabitur per sequentes quæstiones.

*Quaest. 2.* Quare hoc Sacramentum dicitur Confirmatio?

*Resp.* Hoc Sacramentum tripliciter nominatur, quippe vocatur manus impositio, ex modo conferendi ipsum; & dicitur Chrisma, ratione materiæ, & nuncupatur Confirmatio ratione effectus; ut enim ait Catechismus Conc. Trid. *Ab eo nomen Confirmationis ei impositum est, quod hujus Sacramenti virtute Deus in nobis id confirmat quod Baptismo operari cœpit, nosque ad Christiana soliditatis perfectionem adducit.*

*De Sacram. Con-  
firm. §. 18.*

*Quaest. 3.* Confirmatio est-ne Sacramentum?